Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35421
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Lectio libri apc̃ b̃ Joa

In diebus illis: audivi vocem de celo dicentem mihi. Scribe. Bti mortui qui in dño moriuntur. Amodo iam dicit spus: vt requiescant a laboribus suis. Opa enim illorum sequuntur illos.

Ad Corinthios.

Fratres. Xpus resurrexit a mortuis primicie dormientium: quoniam quidem per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in adam omnes moriuntur: ita et in xpo omnes vivificabuntur. Vnusquisque autem in suo ordine: per ihm xpm dnm nrm. Pro epis et prelatis. Lec

Hec dicit dns. Orietur in tenebris lux tua: et tenebre tue erunt sicut meridies. Et requiem tui dabit dns tibi semper et implebit splendoribus animam tuam et ossa tua liberabit. Et eris quasi hortus irriguus: et sicut fons aquarum cuius non deficient aquae spus dni loquutus est.

Se: Joannem.

In illo t: dixit ihs turbis iudeorum. Omne quod dat mihi pater ad me veniet: et eum qui venit ad me non eiciam foras quia descendi de celo non vt faciam voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me. Hec est autem voluntas eius qui misit me patris: vt omne quod dedit mihi non pdam ex eo. sed resuscitem illud in nouissimo die. Hec est enim voluntas patris mei qui misit me: vt omnis qui videt filium et credit in eum habeat